SMARAGDUS
Freising, Mitte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sedebat secus uiam mendicans & cum audiret turbam pretereuntem interrogabat; quid hoc esset dixerunt autem quod ihs nazarenus transiret; caecus iste palle in gorna genus humanum significat quod in parente primo a paradisi gaudius expulsum claritatem supne lucis ignorans damnationis suae tenebras patitur sed cum hiericho adpropinquare ihs dicitur caecus inluminatur.

Hieriho quippe interpretatur luna. luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis; Quia dum mensturus momentis decrescit defectum nrae mortalitatis; Dum igitur conditor designat nr adpropinquat hiericho cecus ad lumen redit. quia dum diuinitas defectum nrae carnis suscepit. humanum genus lumen quod amiserat recepit. quum deliceret caecus sedere & iuxta uiam sedere & mendicans. ee. describitur. ipsa enim ueritas dixit. ego sum uia. ergo qui sine lucis claritate nescit caecus est.

Sed si iam in redemptorem credit. iuxta uiam sedet; si uero in credit sed ut a sinam lucem recipiat rogare dissimulat. atq; a pcibus cessat. caecus quidem iuxta uiam sedet & sed minime mendicat.

Si uero & credit & exorat. & iuxta uiam sedet & caecus & mendicat; & damauit dicens ihu filidauid miserere mei & qui prohibant increpabant eum ut taceret & ipse uero multo magis clamabat filidauid miserere mei; qui dicti designant quibus uenientem praecedunt. nisi desideriorum carnalium turbas tumultusq; utriorum quippe quia ihs ad cor nrm ueniat tentationib; suis cogitationem nram dissipant. & uoces cordis in oratione pturbant. Sepe namq; dum conuersi addm post ppsata utilia uolumus

Dum contra hoc eadem exorare utilia quae ppsauimus conamur occurrunt fantasmata peccatorum quae fecimus mentis nrae aciem reuerberant confundunt animum. & uoce nrae delicti deprcationis pmunt; sed cum turbae increpant ut taceat magis ac magis clamat. quia quanto grauiori tumulti cogitationum carnalium pmimur. tanto orationi insistere ardentius debemus. stans autem ihs iussit illum adduci ad se;

Ecce stat quiante transiebat. quia cum adhuc turbas fantasmatum in oratione patimur. ihm aliquatenus transeunte sentimus; cum uero orationi uehementer insistimus. stat ihs & luce restituit. quia ds in corde figitur. & lux amissa reparatur;